



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

CLVII. Der Rath zu Frankfurt und Bischof Peter von Lebus bestätigten eine von Heinrich Hafenfelde für das h. Geist-Hospital zu Frankfurt gemachte Stiftung, am 20. September 1370.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55756)

CLVI. Bischof Peter von Lebus quittirt den Rath zu Frankfurt über eine Theilzahlung des Verlöbungs-geldes, am 6. Juli 1370.

Nos Petrus, dei gracia Episcopus Lubucensis, tenore presentium recognoscimus — Quod honorabiles viri domini Johannes hakeman Custos, nicolaus Seckil Cantor, Hildebrandus plebanus vrankenuordenfis et Johannes de kothebus, procurator noster, fratres nostri in cristo dilecti, sustulerunt et pereceperunt nomine nostri a prouidis viris Consulibus ciuitatis vrankenuordenfis sexaginta sexagenas grossorum pragensium ratione pecunie concordie, de quibus quidem sexaginta sexagenis dictos Consules presentibus dicimus quitos et solutos — Datum vrankenuordis, Anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> septuagesimo, in Octaua apostolorum petri et pauli beatorum.

Rath dem Orig. des Stadtarchives VIII, 1, 20.

CLVII. Der Rath zu Frankfurt und Bischof Peter von Lebus bestätigen eine von Heinrich Hasenfelde für das h. Geist-Hospital zu Frankfurt gemachte Stiftung, am 20. September 1370.

Vniuersis et singulis, ad quos presentes peruenerint, Notum fore cupientes, Nos Wynant list, ffritze Belkow, Bethe wale, Claus sibrechtstorp, kowil Bom, Hentze gefir, Gerike wale, Hannus ffritze, Claus wale, Coppe list, Willam de foro, Consules et iurati Ciuitatis frankinuordis, presentibus protestando profitemur, Quod et honorem et reuerenciam omnipotentis dei, gloriose genitricis sue virginis Marie et omnium sanctorum, diuine quoque celebracionis ob augmentum, eciam ad hoc, vt persone miserabiles in huius predictae Ciuitatis hospitali sancti spiritus huius diuini celebracionis officii possunt refici aut reuocillari, et vt diuinus cultus, cui feruentius insistere volumus, deinceps magis et magis augeatur, appropriamus et appropriare decreuimus, donamus proprietatem cum plena libertate trium frustorum Brandenburgensium denariorum cum tribus solidis reddituum annuorum in censu Quatuor ortorum ante valuam Lubucensem situatorum et perpetui census nomine deriuandorum. Cultores vero seu possessores illorum sunt hi, quorum nomina postea patebunt. Primus possessor est Petze swarte et dabit annuatim decem solidos denariorum. Secundus kale herman, qui in tantum dabit annuatim. Tertius Claus Brandenburg et dabit annuatim in tantum. Quartus hennig Carpentator et dabit annuatim in tantum, et hoc sunt duo frusta annuorum reddituum. Tunc appropriamus ante valuam Gubynensem istis similiter XXIII solidos denariorum supra quatuor ortos situatos. Primum possidet Claus Misener et dabit annuatim octo solidos, statim ibi penes vna domus pistorie dabit duos solidos annuatim, vna vidua nomine gruwilickynne penes oderitzam dabit annuatim quinque solidos, ibi penes nomine Theodoricus went dabit annuatim octo solidos, quem censum appropriamus ad altare beatorum scilicet Materni confessoris et hediwigis vidue dedicandum, fundandum de nouo et locandum in ecclesia eiusdem sancti spiritus nostre predictae Ciuitatis perpetuis temporibus pacifice seu quiete sine impedi-

mento quolibet pertinenda, quos quidem redditus seu censum ad dictum altare pro testamento discretus vir ac multum honestus heynricus hafynuelde, noster conciuus dilectus, pia deuotione motus anime sue et heredum suorum in remedium comparauit. Insuper quicumque predictum altare tenuerit aut cui prouisum fuerit, annis singulis qualibet sine recusatione predictum censum monere, percipere debet integraliter et ex toto. Idem etiam altarista soluet plebano singulis annis unum talentum denariorum Brandenburgensium de prefatis redditibus predicto altari appropriatis, sicut apud alios altaristas ecclesie parochialis in frankinuordis huc usque se habuit consuetudo, etiam cuicumque dictum altare collatum fuerit aut cui prouisum fuerit, omnia que inportabit, cum viam uniuerse carnis intrauerit, bona huius omnia, que post se reliquerit, deuolui debent ad utilitatem degencium hominum miserorum. Ob hoc etiam appropriamus ad hec, quod quilibet altarista aut loco ipsius id ipsum inofficians quicumque omnium nostrorum consensu et successorum nostrorum ac permissione perpetua in prefata sancti spiritus domo sumptus suos in cibis et pocionibus optinere debeat et debebit, sicut ille qui extunc prout exnunc siue clericus siue laycus habere consueuerit, qui prefate domus et curie sancti spiritus procurator fuerit et administrator, et pro eadem proprietate expensarum prenominatus hafynuelde ciuitati nostre predictae triginta quinque marcas puri in parata pecunia distribuebat. Procurator enim sancti spiritus prouidere se debet, quod in omni celebratione misse idem altarista habeat sibi adiutorem quo adiuuantem omni excusatione procul mota. Renunciantes insuper omni Juri, actioni et inpeditioni, quo vel que nobis, successoribus nostris ac Ciuitati predictae Racione proprietatis et domini census seu exactionis cuiuscunque in premissis ortis et eorum censu competebant et quandolibet competere poterunt in futurum. In cuius appropriacionis testimonium presentes dari fecimus sigilli nostri appensi munimine firmiter communitas. Actum et datum anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> LXX<sup>o</sup>, XX<sup>o</sup> die septembris, quo Cantatur Venite addeoremus etc.

Et nos petrus, dei gracia Episcopus ecclesie Lubucensis, ad instantem requisitionem consulum Vrankenuordenium predictorum omnia et singula premissa ratificauimus et approbauimus et nichilominus, ratificamus et approbamus et tenore presentium in Christi nomine confirmamus, oblacionibus et aliis, ad que altariste in parrochia beneficiati sunt astricti, plebano Vrankenuordeni pro tempore reseruatis, presentes nostri sigilli appensione fecimus muniri in testimonium premissorum. Datum et actum Lubus, anno et die quibus supra. Presentibus honorabilibus viris Bernhardo Archidiacono, Nicolao cantore, hildebrando plebano in dicta Vrankenuord, et Johanne de kotbulz, canonicis Lubucensibus, fratribus nobis in Christo dilectis.

Nach dem Originale des Stadtarchives VIII, 2, 12.

CLVIII. Bischof Peter von Lebus quittirt den Rath zu Frankfurt über eine Theilzahlung vom Verlöbningsgelde, am 6. März 1372.

Nos Petrus, dei gracia Episcopus Lubucensis — Recognoscimus — quod honorabiles viri, domini Bernardus de Hamborg Archidiaconus et Johannes Hokemann Custos,